

tantur à Gratiano 28. questione prima, capit.  
Vxor legitima, Idolatria quam sequuntur non  
solum mœchatio &c. Et Concilium Toletanum  
iubet separari Iudæum à muliere fidei nisi ad fi-  
dem accesserit.

### Articulus 20. Louaniensis.

**M**atrimonia contracta contra  
canones ipsos dirimentes, sim-  
pliciter sunt irrita, & nulla.

### Articulus 20. responsionis.

**D**e incestis & illegitimis nuptijs melius iu-  
dicari potest ex iure diuino, & lege ciui-  
li, quàm ex decretis Pontificum, & quia  
coniugium est iuris naturalis, & iuris gentium,  
ut dictum est, & quia statuta Pontificum secum  
pugnant, & cum iure ciuili, & lege Dei, quæ  
enumerat gradus prohibitos Leuitic. 18. Nec  
alios addunt leges ciuiles, & causse distractio-  
nis coniugiorum. Eadem recensentur à Theodo-  
sio in Autenticis, collatione 4. paragrapho. mitio-  
res ~~nuptiarum solutiones quæ ab August. in ser-  
mone Domini de monte.~~

— Canones etsi alios gradus consanguinitatis, &  
affinitatis prohibent, tamen in his facile dispen-